



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 4. Theophili obitus. Michael Imperator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

qui rediens inter maximæ lætitiæ signa Sæculum IX,  
exceptus est. Inde despicimus Abyssinos A. C. 842.  
Christianos Jacobitarum de Secta fuisse.

Josephus Patriarcha Episcopos a se or-  
dinatos in Pentapolim & Africam ad Oc-  
cidentem misit. Sedem Patriarchæ Mel-  
chitæ Alexandrini tenebat Sophronius  
Christophoro defuncto, anno quarto Mu-  
tazem, JESU Christi octingentesimo tri-  
gesimo sexto ordinatus, vir doctus & Phi-  
losophiæ amans. Sedit annis trede-  
cim.

Job Patriarcha Melchita Antioche-  
nus etiamnum inter vivos agebat, Dio-  
nysio Sedem Patriarchalem Jacobitarum  
in eadem civitate tenente. Jerosolymæ  
Joannes Patriarcha Melchita anno septi-  
mo Mutazem, Salutis reparatæ octingen-  
tesimo trigesimo nono, ordinatus Sedem  
non ultra annos tres obtinuit. Cum  
enim cives Jerosolymitani seditione com-  
mota ei varia & gravia objicerent, po-  
puli furorem pertimescens Sedi suæ da-  
tis litteris renunciavit. Hæc sunt, quæ  
de rebus Ecclesiarum Orientalium sci-  
mus.

#### §. IV.

*Theophili Obitus. Michael Impe-  
rator.*

Constantinopoli Theophilus Imperator Post. Theo.  
amissæ civitatis Amoriensis dede. l. III. n. 34.  
*Hist. Eccles. Tom. XI. Aa core,*

Sæculum IX. core, & quod Califa pecuniam pro redi-  
A.C. 842. mendis captivis accipere nollet, tan-  
acriter commotus est, ut viscera exarde-  
rent; unde cum ut sitim intolerabilem  
sedaret, aquam solutis nivibus gelidam  
bibisset, alvo cita laborans vigesima Ja-  
nuarii anno octingentesimo quadragesimo  
secundo, postquam regnasset annos  
duodecim & menses tres, extinctus est.  
Invidiam ejus memoriæ creavit illa crimi-  
delitas, qua tota vita sua Sacras imagi-  
nes & viros Catholicos est persecutus.  
Non nunquam tamen se justitiae aman-  
tissimum ostendit. Musicæ artis peri-  
tissimus videri cupiens, Hymnos & ver-  
siculos ingenii sui partus in Ecclesiis de-  
cantari præcipiebat. Imo aliquando,

*ibid. n. 16.* cum Festum præcipuum celebraretur, in  
majore Ecclesia Constantinopolitana pro-  
pria manu totius chori cantum moder-  
tus, & in rei memoriam centum libras  
auri Clericis donasse fertur.

*Post. Theo.* Theophilo successit Michael filius  
lib. VI. etiamnum infans sub tutela Theodora  
matris suæ. Addiderat Pater tres vi-  
ros, qui a consiliis essent, Theostistum  
Evnuchum præcipuis in Regia officiis  
fungentem, Bardam Patricium Impera-  
tricis fratrem, & Patruum ipsius Manue-  
lem, officiorum in aula Magistrum, qui  
ex Armenia ducebat originem. Eum,  
cum in illa Provincia copiis præcesset, &  
quo-

quorumdam Abbatum e diversis Mona- Sæculum IX.  
steriis amicitiam coleret, accurate edo- A. C. 842.  
cuerant Præsules, quænam de imaginum  
cultu Catholica esset Doctrina. Morbo  
deinde correptum inviserunt Monachi,  
promiseruntque, ipsum cito valetudi-  
nem recuperaturum, si cultum Sacrarum  
imaginum restitui curaret. Id pollicitus  
brevissimo tempore sanitatem recepit.

§. V.

*Iconomachiae finis.*

Itaque Manuel communicato cum duobus aliis Imperatoris Tutoribus consilio cum persuasisset, piissimo negotio hujus Principis Regnum felicissime esse inchoandum, etiam Theodoram Imperatricem adit, & quid Tutores cuperent, aperit. Illa, diu est, quod hoc ipsum ex opto, respondit, & nunquam hoc propositum abjeci, sed buc usque, ne facerem, a multitudine Senatorum & Magistratum, Hæresi Iconoclastarum faventium, a Metropolitis & imprimis a Patriarcha prohibita sum. Ipse enim erroris hujus, quem Imperator Conjux meus a parentibus accepérat, semina tunc facili labore suffocanda fovit, eumque suo bortatu impulit, ut tot viros Sanctos crudelissime haberet. Quid vero modo obstat, ait Manuel, quin populo maximæ lætitiæ argumentum concedas? Illico Theodora ministrorum

Aa 2                  quem-